UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

Facultas Ordinarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

Visual Library

FACULTAS
ORDINARII.

NOS F. NICOLAUS, Monaſterii B. Mariæ de Mariſtella, Sacri & Exempti Ordinis Ciſtercienſis intrà Diæceſim Conſtantienſem, Abbas, nec non ejuſdem S. Ordinis in Congregatione S. P. N. Bernardi ſuperioris Germaniæ per Helvetiam, Alſatiam & Briſgojam Vicarius Generalis: præſentium tenore facultatem concedimus, ut liber, cui titulus eſt, *Annus Ciſtercienſis*, ab eodem Dilecto Conventuali noſtro, qui illum ſtylo ſuo concinnavit, prælo ſubjici, & publicæ luci exponi poſſit, cùm à duobus Monaſterii noſtri SS. Theologiæ Profeſſoribus de commiſſione & mandato Noſtro lectus fuerit, & approbatus,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſerviátque non parum ad S. Ordinis noſtri notitiam & honorem. Actum in præfato Monaſterio noſtro Maris-ſtellano ſub impreſſione ſigilli noſtri Abbatialis ac propriæ manus ſubſcriptione. Calendis Octobribus. 1680.

F. Nicolaus Abbas Mariſt.
Vicarius Generalis.

CENSURA.

EGo infrà ſcriptus Sacras Ephemerides *ANNI CISTERCIENSIS*, ſive Sanctorum ac Beatorum ejuſdem Ordinis, eleganti ſimul ac pio compendio à Monaſterii Maris-ſtellani *Religioſo* religiosè conſcriptas, de gratioſo Reverendiſſimi Domini mei Abbatis mandato perlegi. Et quia in hoc opere non tantùm nihil deprehendi Saniori Doctrinæ, vel bonis moribus repugnans: ſed potiùs ſaluberrima ad pietatem (quæ, juxta Sapientis oraculum, ad omnia utilis eſt) tam Monaſticam quàm Chriſtianam incitamenta: imò & Verbi Divini in ſacro ſuggeſtu Expoſitoribus copioſum exemplorum ac Sententiarum apparatum: laudabilem